**C**In qua parte ostendit qui sunt cancri sufferentes incisionem et causticationem et curant etiam cum his. et duo fac. Primo facit hoc. secundo addit quoddam qd accidit ex incisione cancri narrando quoddam qd accidit ex incisione cancri in mamilla. secunda ibi. (Et iam narravit). Dicit ergo pmo. Et fortasse sufferunt cancri pni sectionem. **C**Juxta quam partem intelligendum qd expositio et declaratio istius partis habet ex predictis qd ynum oppositum dat intelligi per aliud. **C**Et ppter hoc Galienus in cōmēto illius afforisimi. qbuscūqz cancri absconditi. dicit qd Hypo. per viam oppositōis itelligit canonem oppositum illi. s. quod qbuscūqz sunt cancri exteriores et non pfundati in iterioribus corporis. sed sunt in superficie exteriori: tūc curare eos p incisionem vel incisionem melius est qd non curare: et hoc intendit Aui. cum dicit. Et fortasse sufferunt cancri parui. i. cancri icipientes et non antiqu nec pfundati. sed existentes in superficie exteriori sectionem idest incisionem. Dicit autē Aunicēna fortasse. qd etiam cancri parui icipientes nō semper sustinent incisionem et incisionem vt si sint prope membra nobilia vel in membro in quo non possit fieri eradicationis ipsius sicut est in gutture vel in naso vel in ano vel intestinū in vnlua. sed ad hoc vt possit curari per incisionem vel incisionem oportet vt sit in membro in quo possibile sit tota eius concavatio sicut est in membro multum carnosō: vt est mammilla et coxa et eis silibus. Et hoc est quod subdit Aunicēna. Nam si possibile est vt destruantur cum aliquo: tūc non est possibile nisi vt destruantur per incisionem vche mentem et ex toto assumatur membrum inuadens. i. vt ex toto eradicetur et concavetur pars membra in quo est iuasio. et concavando totū qd est in circuitu eius ybi sunt radices et vene. et hoc non pot fieri in omnibus membris. sed soluz in membris qualia sunt coxa vel mamilla vel aliud simile. Et hoc etiam dicit Albucasis in capitulo de cura cancri et hec sunt verba sua. **C**Et dixerunt antiqu qd quandoqz cacer est in loco ybi possibilis est eius eradicatio sicut cacer qui est in mamilla aut coxa aut eis silibus ex membris locatis ad extrahendum totum eius: precipue quādo est incipiens parvus: et iaz antecessit mundificatio et. idest et dū antecedere istam incisionem mundificatio corporis et. Deinde serua eam. s. istam mundificationem hoc est conseruare corpus sic mundificatum vt non regeneretur mali humores per bonam dietam vt per cibos bone quantitatis et qd catis et. quāuis incisio in pluribus horis addit ei malitiam intellige in horis quando non competit incisio: et hoc est in predictis casibus qui dicti sunt. aliud qd Aunicēna dicit patz. **C**Deinde cum dicit.

**C**Et iam narravit quidam primorum qd medicus quidam incidit mamillam cancerosam radicatus et cancerata est altera. Dico qd possibile fuit si fuit illud in via cancerandi: quoniam inuenit illam egreditur: et possibile fuit vt esset sūmā permutationis: et est magis apparen.

**C**In ista parte Aunicēna narrat quidam qd accidit cuius medico ex incisione. Et dicit qd quidam priorum narravit qd medicus incisit mamillam canceratam radicit et cancerata est altera. et ponit possibilitatem huius Aunicēna. duobus modis. potuit enim esse possibile uno modo vt si altera mammilla esset in via cancerandi tūc potuit esse qd incisa alia mammilla cancerata superueniret cacer illi mamille que erat in via cancerandi. et si sic itelligatur esse possibile: tūc causa illius non fuit incisio. sed fuit qd illa mamilla erat in via cancerandi. ynde potuit ei superuenire cancer quādo fuit incisa alia mammilla: sed non qd incisio sit

### II. De cura

causa illius nisi casualiter vel per accidens. Alio modo potuit esse possibile per vias permutationis. vt quia materia illius mammille cancerate que fuit incisa fuit permotata ad aliam mammillam et cancerauit ipsam. et hoc est possibile: quia possibile est qd propter incisionem materia comoueat et rebuliat. ynde potest permotari et effundi ad alii mammillam. **C**Et simile huic quodāmodo ponit Aui. in tertio libro. fen tertia. de egreditur inibus oculorum. capitulo de ruptura cornee. Ponit enim ibi Aunicēna qd eminie clavali oculi que est per rupturam non est cura. Sed dicit ipse. qd am peccant qui icidunt illam eminentiam et oculus videatur pulchrior. Nam dic ipse rectius est vt non comoueatur nec tangatur cum incisione. quia fortasse effundetur et permotabitur materia ad oculum alterum. Similiter etiam hoc est possibile qd propter incisionem mammille cancerate canceretur altera sūmā via permutationis materia de una mamilla ad alteram. Et hoc maxime est possibile si cancer sit antiquus et profundatus ybi materia est profundata. Et si sic itelligatur esse possibile: tūc causa cancerationis alterius mammille fuit incisio illa rōne cuius materia fuit comota et effusa ad aliam mammillam. **C**Et adit Aunicēna. qd iste modus possibilitatis est magis apparen idest magis manifeste verus. ynde vterqz modus est possibilis. sed iste videtur magis apparen verus. et ratio huius est. quia cuz altera mammilla fuisset cancerata possūcissionem mammille cancerate videtur qd causa cancerationis alterius mammille fuisset incisio. Et cum per scūmodum possibilitatis reddatur qd causa fuerit incisio. non autem est per p̄imū modum. ideo secūdus modus possibilitatis est magis apparen. **C**Et intellige vltra quod Aunicēna narravit hic hoc et posuit hoc eē possibile vt ostenderet per hoc inobedientiam cancri ad curationem per incisionem. **C**Et ideo Aunicēna dixit p̄us cum hac conditio. et fortasse sufferunt caceri parui sectionem. et non dixit ab solute. s. sine hac conditione fortasse et.

**C**Rememoratio regimis soluedi ipm. CAP. XVII.

**S**amat in potu multis vicibus inter quas sunt dies pauci quacqz vice quartuor aureos epithymi cum aqua sci: aut aqua mellis: aut decoctiones epithymi in syrupo acetoso. Et ei qui ex hoī est fortis det hiera hellebori.

**C**Superius Aunicēna posuit curam cancri quantum ad cisionem et incisionem. hic ponit curam eius que fit per medicinas. Et diuiditur hec pars in partes duas. p̄imū ponit curam ipsius per medicinas enauatēs corporis quae dicuntur yniuersales. secūdū ponit curam ipsius per medicinas locales. secunda ibi. (Per medicinas locales et). Dicit ergo. Et apparent qd dicit et.

**C**Rememoratio medicinarum localium ad cancrum CAPITVLVM. XVIII.

**P**er medicinas locales ad cancrum requiruntur quartuor intentiones. s. de structio caceri penitus et est difficultas et prohibito additionis: et prohibito vlerationis: et curatio vlerati.

**C**In isto caplo ponit Aui. curā cancri p̄ medicinas locales. Et diuidit hec p̄ ptes duas. In p̄ma pte ponit qd intentiones habemus i cura cancri per medicinas. in secūda pte quitur illas intentiones. secunda ibi. (Et in illis in qbuscūritur). Dicit ergo per medicinas locales requiruntur cancrum quartuor intentiones; idest qd medicine locales sūmā quartuor intentiones ponunt in cacer. nam qdā ponit

tur sicut istam intentionem ut destruatur cancer penitus. Et ideo prima intentio est ut destruatur cancer penitus. Et dicit Auicena quod hoc est difficile. Quedam autem ponuntur sicut istam intentionem ut prohibeatur additionis cancri. Et ideo secunda intentio est prohibitio additionis cancri. Quedam autem ponuntur ut prohibeatur cancer ulcerari. Et ideo tertia intentio est prohibitio ulcerationis. Quedam autem ponuntur ad curandum cancerum ulceratum. et ideo quarta intentio est curatio ulcerati. **C** Juxta istam partem intellige de ipsis quatuor intentionibus que habentur in cancro per medicinas locales. et primo intellige de prima intentione. Nam Auicena dicit quod prima intentio est difficultas. Sed ego credo quod adeo est difficultas quod est impossibile. Credo enim quod impossibile est ut dixi supra. cancer oino destruere cum medicis localibus. et hoc patet per intentionem Almansoris. ut dictum fuit prius. Iterum hoc videtur esse de intentione Auicene. in predicto capitulo. quod si alius cancer destrueretur cum medicis localibus tunc talis cancer esset cancer parvus incipiens. sed de talis cancro dixit Auicenna in predicto capitulo quod si possibile est ut destruatur talis cancer cum aliquo. tunc non est possibile ut destruatur nisi post incisionem vehementer ut ex toto assumatur membrum inadens quod est in circuitu eius et ceterum. videatur ergo per hoc quod dicit hic Auicene. quod talis cancer non possit destrui cum aliquo nisi per vehementem incisionem. Destructio ergo cancri per medicinas locales est impossibile. propterea si cancer destrueretur per medicinas locales. tunc hoc esset per medicinas in quibus est resolutio. sicut dicit Auicenna in sequenti parte. Quia id quod de medicis est forte additum cancer malitiam. ergo tunc non potest destrui nec per medicinas fortes. cum augementetur malitia ipsius. nec per debiles. cum nil resoluatur de materia ipsius. Et hoc est quod additum Gerapio capitulo de cancer. Et de natura huius egreditur est quod per acuta medicamina inflammaatur et debilitas in ipsa nihil agunt. **S**ic ergo tunc appareat quod prima intentio est impossibilis. Et hoc credo etiam quod sit intentio Auicene. et credo quod in parte sequenti intendit hoc probare sicut ibi videtur. Id non faciat manifeste. sed occulte. **D**e secunda autem intentione intellige quod possibles sunt ut ponatur omnes auctores. tamen sunt difficiles et non multum agiles. **D**e quarta autem intentione intellige quod Auicena dicit. quod quarta intentione est curatio ulcerati quod non intelligit Auicena quod quarta intentione sit curare cancerum ulceratum cum medicinis. ita quod destruatur totaliter. quod hoc est impossibile. immo est magis impossibile quam primum. Difficilius enim est curare cancerum ulceratum quam non ulceratum. Sed intelligit Auicena quod quarta intentione est curatio ulcerati. id. administrare medicinas que valent in cancro ulcerato non ad curandum ipsum oino. sed ad persistendum ne plus ulceretur. et hec intentione est etiam possibilis. **D**einde cum dicit.

Et in illis quibus queritur destructio cancri penitus itur versus illud in quo est resolutio eius quod collectum est de materia mala et expulsio eius quod preparatum est ad colligendum in membro de ea. et si fuerit vehementis virtutis et motionis. tunc dimittatur nam illud quod de medicinis forte est additum cancer. mali

tiam. et similiter oportet iterum ut alienentur in eis mordacitiae. et propter illud sunt medicinae bone ei in mineralibus ablutis. sicut tutia abluta. et misceantur cum ea quinque de oleis. sicut est oleum ro. et oleum de keiri.

**C**In parte ista Auicena prosequitur predictas intentiones. Et dividitur pars ista in partes quatuor. In prima parte. per sequitur primam intentionem ostendendo ut mihi videtur quod est impossibilis. In secunda parte ponit medicinas locales sicut secundam intentionem. In terza parte ponit medicinas locales sicut tertiam intentionem. In quarta ponit medicinas locales sicut intentionem quartam. secunda ibi. (Ad id vero quod prohibet additionem). tercia ibi. (Et illa quibus queritur prohibitio ulcerationis) quarta ibi. (De illis autem que in curatione ulcerati et ceterum). In prima parte Auicena intendit sic dicere quod medicine quibus queritur destructio cancri penitus oportet ut sint resolutae ut resoluant quod collectum est de materia in cancro. et sit etiam in eis quedam repercussio ut repellat id quod preparatum est venire et currere ad membrum. scilicet medicinas locales que sunt vehementis virtutis et motionis id est vehementer resolutae oportet ut dimittantur. quod medicina fortis additum cancer malitiam. Et similiter oportet ut dimittantur medicinae mordacitiae propter eandem causam. ergo medicine que debent administrari in cancer et sunt bone ei sunt medicinae debiles et lenes sicut sunt medicinae factae ex mineralibus ablutis ut est tutia abluta mixta cum oleo rosa vel cum oleo de keyri. scilicet supple iste medicine nihil agunt in cancer ad resolutionem et destructionem ipsius. immo soli preservant ipsum ut non augeatur. ergo cum medicinae fortes non possunt administrari in cancer et debiles nihil agunt in ipso quantum ad destructionem. est ergo prima intentione impossibilis. **D**einde cum dicit.

**A**d illud vero quod prohibet additionem peruenitur cum abscissione materiei et refectione cibi et conformatio membra et cum medicinis reperciuntur notis. et administratione linimentorum mineralium. sicut linimentum fricationis lapidis molendini et lapidis cotis. et sicut linimentum factum ex fricatione eius quod resolvitur inter tabulam et manicham de plumbone in humiditate effusa super tabulam que est sicut oleum rosatum. et sicut aqua coriandri. et iterum emplastratio cum agresta trita est bona inuiciencia.

**I**n ista parte Auicena ponit medicinas locales sicut intentionem secundam que est prohibitio additionis cancri. Dicit ergo. Ad id vero quod prohibet additionem cancri peruenitur et ceterum. Et administrationes linimentorum mineralium id est que sunt factae ex mineralibus sicut est tutia et plumbum ystum litargirum cerusa climia antimonium et similia. Et intellige quod omnia ista mineralia que hic ponuntur in medicinis cancri debent abluta esse ut non mordicent. eo quod mordacitiae adduntur cancer malitiam. ut supra dictum est. et sicut linimentum fricationis lapidis molendini et lapidis cotis. **L** Linimentum fricationis lapidis molendini est vnguentum quod fit quando voluitur rota ex fricatione ferrorum que sunt in ea iniectione ibi oleo. **L** Linimentum fricationis lapidis cotis est linimentum quod colligitur in trucco ubi aciuntur ferramenta in domo fabro. alio quod dicit patet. **D**einde cum dicit.

### Fen .III.

**C**Et illa quibus queritur prohibitio ulcerationis sunt linimenta predicta ad phibendam additionem cu non fuerit in eis mordicatio: omnia enim ea sunt iuuvativa et prie quando miscent cum fricatione predicta que fit ex pistello et tabulis plubeis: quado est confricata terra sigillata aut bolum armenium: aut oleum antiquum: et aqua sempuiue et cerusa cum succo lactuce: aut mucillagine psiliu et cerusa et plumbo: qm est compositio bona. Et de eis que sunt iuuvativa est emplastratio cum cerasis fluminalib recentibus et prie cum climia.

**C**hic Aui. ponit medicinas fm tertia intentiones. et patet qd dic. Deinde cum dicit.

**C**Be illis autem que in curatione ulcerati sunt bona est vt assidue panius lini infusus in aqua solatri super eum: et quoties fortasse exiccatur madefiat desup cum aqua eius: aut sumat medulle tritici: et olibani et ceruse de plumbo oium podus. 3. i. et terre sigillate et boli armeni et aloes abluti omnium annorum. 3. ij. aggregent ista et terant. et administrantur super humidum pulueres et super siccum emplastrum factum cum oleo rosi. Et quadoque confert eis cinis cancri cum cera to cum oleo rosi. et melius eo est cui admixtus est equale ei de climia: et quadoque confert i eo medicamen de tutia: aut tutia abluta cuius aqua portulace: aut mucillagine psiliu.

**C**hic Aui. ponit medicinas locales fm quartae intentiones. Dicit ergo. De illis aut que i curatœ ulcerati sunt bona. s. qz no dimittat ipz amplius ulcerari est vt assidue et. aut sumat medulla citrulli. s. hic iuueni alio exemplar qd dic. als tritici. et utraque lra est bona. Nam si dicat medulla citrulli: tunc planu est qd dicit. Et est bona ista medulla citrulli in carcere cu sit frida repulsiva et fortificativa membra ne recipiat. Si aut dicat medulla tritici tuc p medullam tritici intelligit accidit: et id etiam est bonus cum sit lenitius et trans calitatem que est in membro. aloes abluti. dic abluti vt removet illa calitas eius et non mordicet. administrant ista aggregate sup humidu. s. canceru. ille aut cancer est humidus qui est ulceratus eo q talis cancer excitat humiditatem. Unde expone admistret sup canceru humidu. i. sup canceru ulceratum: ples et sup canceru siccum. i. supra canceru non ulceratum supple administrat emplastrum. i. vnguentum factum. s. expedit pluribus cum oleo rosi. reliquum quod dicit Auicenna postea patet.

**C**De apatib vatosis et iflatib lacertoꝝ CAP. XIX.  
**I**apostematibus vatosis alio est qd fit a vapore leui: et similat estuationi et currit cursu eius.

**C**Supius Aui. determinauit de apatibus flegmaticis et melicis. hic modo determinat de apatib vatosis. Et diuidit pars ista in ptes duas. Primo determinat de ipsis theorice. et practice. et ibi. Illi aut qd est sile estuationi et. Prima ps diuidit in ptes duas. In prima pte: qd apostema vatosum hz sub se duas spes fm q habitu fuit supra in caplo ginali de apatibus fridis. et una spes apatis vatosi d inflatio. ideo Aui. pmo determinat de una specie apatis vatosi que d eleuatio. et determinat de alia specie

### Be apo. vento. et ifla. lacer.

que d inflatio. et ibi. (Et aliud est qd fit). Dicit ergo pmo de apatib vatosis aliud est qd fit a vapore leui. i. a vatositate pmixta humiditati. et hoc apostema vatosum d eleuatio. dcim. n. fuit supra in caplo de apatib fridis. q elevatio fit no a pura vatositate pmixta: s. a vatositate cu humiditate flegmatica. et similat. s. ista spes apatis vatosi que d eleuatio. excitationi. i. apati molli flegmatico qd vocat vndmia. similat. n. eleuatio apati molli flegmatico in accidentibus suis. qz sicut fit impulsionis digitus in apate molli: ita et fit eleuatione: lz et magis cedat tactui apostema molle qd eleuatio. vt supra dcim fuit. Et hoc qd dicit hic Aui. fuit mel declaratu in caplo vndimie. et ideo hoc ibi regras. Et currit. s. ista spes apatis vatosi que d eleuatio cursu eius. s. vndimie. Nam vt postea diceat in secundo caplo cura isti currit fm cura vndimie. vñ qz hoc apostema et vndimia multum diversum: lz quodammodo differat. ideo hoc apostema vatosum qd d eleuatio currit cursu apatis molli. et qd ad cura et quatu ad alia. Deinde cum dicit.

**C**Et aliud est quod fit a vapore ventoso: et minatur inflatio: et est ei impulsio et vicissitudinaria accessio: et fortasse percudit percussione manus: et prie qn inuenit spaciuz ad quod aggregate: sicut stomachus: et intestina: et qd est inter paniculos circumdantes ossa: et inter ossa circumdata lacertis: et inter lacertos: et similiter qd circumdat chordas.

**C**hic determinat de alia spes apatis vatosi que d inflatio. ista spes est magis prie apatis vatosum qz pma. et ideo habet cura pria et distincta a cura apatis molli. et non currit: cursum illius sicut pma spes pdicta. Et diuidit hec partes duas. In pte notificat ista spem apatis vatosi que d inflatio: et per quam materialiter vnde fit: et per sua signata per loca in quibus fit. In z parte ostendit qd aliqui decipiuntur in cura etiam circa ista specie apatis vatosi. ibi z. (Et quod estimat hoc qd sup membra eius et). Dicit pmo. Et aliud est qd fit a vapore. i. a vatositate sola non admixta alicui humiditati flegmatice. et noia. s. id apostema vatosum inflatio et est ei impulsio: quia impellit tactus digitus: et non remaneat ibi impulsio sicut in eleuatione. et causa huius est. qz in inflatio vatositas est separata ab eo in quo stat et est aggregate uno loco. et iō ipellit. in eleuatione vero vatositas est expalata pmixta sub membris eo qd vatositas non est ibi pura: immo et pmixta cum humiditate subtili flegmatica: et ideo cedit et. sed in inflatio est impulsio et vicissitudinaria accessio et supple et recessio. hoc est qd qn tangit et ipellit cum digito vicissitudinario decedit et accedit subito eo qd in eo non levata forma impulsionis digitus. sed in eleuatione non est ista vicissitudinaria accessio et recessio. qz in ea seruat aliquo tempore impulsio digitus. vñ non fit subito ibi recessio et accessio sic fit in inflatio. Et fortasse percudit percussione manus. Expone hoc sic. et fortasse supple inflatio percudit. i. sonat quasi ad modum tympani percussione manus. i. qd percudit cum manu prie. s. sonat inflatio qd supple vatositas inuenit spaciad qd aggregate. quia tunc qd vatositas aggregate in aliquo spatio vacuo extendit id spatium valde ad modum extensionis tympani. Unde si percudit sonat sicut tympanus: tunc Auicena connumerat illa spacia in quibus potest aggredi vatositas cum dicit sicut stomachus et intestina: et qd est inter paniculos circumdantes ossa et iter ossa circumdata lacertis. qz in oibus istis est vacuitas in qua potest aggregari vatositas in spatio circumdante chordas.

**C**Et fortasse non resoluit spacia: immo subtiliter membra coniuncta et resoluit ea et generat in

## Tractatus .II.

nis quod facit necessarij disrumpere ea: et vētositatis remanet: et retinet ppter spissitudinē suā: et pp grossitudinē suā: et ppter spissitudinē ei⁹ qđ cōtinet eam et pstrictionē poroz.

**C**hic Auicēna. quia dixerat qđ in inflatione est sonus ad modum tympani: et maxime si aggregat ventositas in spatiis vacuis: ostēdit hic Auicēna qđ ventositas pot̄ aggregata non solum in spatiis. sed etiam in alijs membris. et tunc nō apparebit in tali inflatione sic manifestus sonus: sicut apparel in ipsa quando aggregat ventositas in spaciis vacuis. Dicit ergo. Et fortasse supple vētositas que est in inflatione non resolut spatia. i. non resolut nec includit inter spatia vacua: imo supple aliquādo subtiliat. i. separat membra cōiuncta et resoluit ea: id est et dislocat ea et generat in eis scilicet in istis membris cōiunctis id quod facit necessarium disrumpere. i. dislocare eo qđ generat in eis extēsionem ppter quam extēsionē remouētur mēbra a iuncturis suis. Et vētositas remanet et retinet. s. in istis membris sic dislocatis ppter spissitudinē et grossitudinē suam. i. vētositatem. et ppter spissitudinem eius qđ cōtineat eam et cōstrictionem poroz.

**S**ic ergo apparel ex dictis ex quo generatur inflatio. quia generat ex vētositate pura et in quibus locis pot̄ aggregari ista vētositas. quia quādoqđ aggregatur in spatiis et in vacuitatibus. et tūc apparel ibi sonus: quādoqđ autem potest aggregari in membris coniunctis dislocatis a vētositate ppter extēsionē. **D**einde cū dicē.

**E**t quādoqđ existimat homo qđ super mēbris eius sicut genu sit apostema indigens perforatione: quare perforat ipsum: et egreditur vētositas tantum.

**I**n parte ista Auic. ostēdit qđ aliquando decipiēt homo in cura: circa id apostema vētosum qđ dicit inflatio. **D**icit ergo Auicēna: qđ quādoqđ existimat homo. s. medicus qđ super membra. i. infirmi eius sicut genu sit apostema indigens perforatione quare perforat ipsum: et egredit̄ tantū vētositas et non sanies sicut estimauit. **J**uxta istam partē intellige qđ ista estimatio erronea competit ex hoc qđ aliquāta ista vētositas in aliquo membro redūdat ad modum redundancys sanie. **E**t ideo credit medicus qđ in illo apostemate sit sanies quare indigeat apostema pforatione: et est ibi sola vētositas. Et intellige qđ maxime conuenit ista estimatio erronea: circa apostema vētosum qđ dicit inflatio. quia in inflatione vētositas redūdat plus qđ in eleuatione. quia in eleuatione vētositas est expansa et non aggregata in uno loco: sicut est in inflatione. **U**lterius intellige qđ maxime competit etiam ista estimatio erronea: quādo id apostema est sup talia membra sicut est genu. qđ in istis membris iuncturalibus quādo aggregat vētositas minus discernit a sanie qđ quando aggregat in spatiis vacuis. qđ quādo aggregat vētositas in talibus mēbris iuncturalibus: tūc redūdat ibi vētositas ad modum redundancys sanie. sed quando aggregat in spatiis vacuis: tūc non ita redūdat: imo est sonus ad modū tympani: sicut di- cītum fuit p̄ius. et ideo maxime discernit ibi a sanie. et ppter hoc signanter dixit Auicēna. super membra eius sicut genu. **U**lterius intellige qđ bene notes et confirmes id quod dic̄t Auicēna: qđ ego iaz fui in opere ubi hoc vidi. per sonatum enim fuit apostema sup genu credēdo qđ ibi esset sanie: et nulla sanies exiuit sed sola vētositas.

**D**e cura. **CAP.** **XX.**  
**L**lius autem quod est simile estuatio ni cuj augmēto loci curatio est genus curationis eius.

## De cura apo. vento.

**C**Superius Auicēna determinauit de apostematibus vētosis theorice. Hic determinat de ipsis practice. s. quantus ad curam ipsoꝝ. Et diuidit hec pars in partes duas. In p̄ma parte ponit euram apostematis ventosi qđ appellatur eleuatio. In secūda parte ponit curam apostematis ventosi qđ dicitur inflatio. secūda ibi. **I**nflatioꝝ vō cura et. Dicit ergo p̄mo. Illius autem. s. apostematis vētosi quod est simile estuacioni alias excitationi. s. apostemati molli flegmatico quod dicitur vndimia cum augmēto loci scilz qđ facit id apostema ventosum quod dicit eleuatio. vnde id apostema ventosum est simile vndimie cum augmento loci qđ facit maius qđ faciat vndimia. facit enim maius augmentum loci qđ vndimia. quia generat maiorem extēsionem in membro rōne ventositatis que est admixta cū humiditate flegmatica. Curatio est genus curationis eius scilicet vndimie. dictum enim fuit supra. qđ id apostema ventosum quod dicitur eleuatio currit cursu vndimie. **D**einde cum dicit.

**C**in inflationis vō curatione est necessarisi: qđ cutem ingrediatur et resoluat illud quod est in ea: et sit possibile vt sit ei super locum mora spatiū longi et est necessarium vt sit in fine subtiliationis vt firmetur subtilitas partium eius et pfundatione ultima. Et fortasse indiget positio ne vētosarum absqđ scarificatione vt carmine tur vētositas.

**C**in pte ista ponit curā apostematis vētosi qđ dī inflatio qđ h̄z p̄priā curā et distinctā a cura apatis mollis. et diuidit hec pars in partes duas. nam inflatio pot̄ accidere ex duabus causis. potest enim accidere a causa antecedenti: et a causa primitiva: sicut etiam dictum fuit prius de vndimia. et fm diuersas causas diuersificatur cura et etiam accidentia. quia quando inflatio accidit ex causa antecedenti: tunc cum ipsa non est dolor de quo sit curandum quando autem accidit ex causa p̄mitiuia. tūc cū ea est dolor et attrito et fm qđ diuersificant̄ accidentia iam etiā diuersificant̄ cura. Primo ergo Aui. ponit curā inflationis fm qđ accidit ex causa p̄mitiuia. z. ponit curā ipsius put accidit ex causa p̄mitiuia. z. ibi. (Et in eo qđ accidit de inflatione). Prima pars diuidit adhuc in partes duas. In p̄ma parte ostendit qualis medicina: et cuius cōplonis cōpetit in inflatione fm qđ est in p̄ncipio ex causa antecedenti. z. ponit medicinas speciales fz illā regnā. z. ibi. (Et de medicinis localib⁹ cui⁹) **D**ic ḡ p. qđ in inflatioꝝ cura nečiuz est. i. medicamē talis cōplexionis qđ cutē igradiat̄. i. qđ sit penetratiū et subtil' substantie. et resoluit id qđ est in ea. i. in cute. et sit pole vt sit ei sup locū mora spatiū lōgi. et h̄z est vt meli carmine et respiret vētositas. Et est nečiuz vt sit. s. medicina in fine subtiliationis vt firme subtilitas ptiū ei⁹. s. in loco ubi est vētositas ex pfundatione ultima. i. ppter fortē penetrationē quā h̄z: sic ḡ tūc medicina localis in inflatioꝝ d̄z h̄re istas p̄prietas qđ sit penetratiū multū et subtilis sube. et fortiter resolutiuia: et vt sit ei mora sup locū spatio lōgo. Et fortasse id get pōne vētosaz sine scarificatione vt carmine: et respiret vētositas eo qđ vētosis sine scarificatōe vtrum aliquā. vt dic̄ Albuc. ca⁹ de vētosis: vt resoluam⁹ a mēbro vētositatē frida iuiscatā in mēbro: sic ponim⁹ vētosaz sup vētre et vmbilicū. Ipsa. n. rarifacat mēbz et calefac ipm et remouet dolore: ppea qđ resoluit vētositatē illā. **H**ec. n. sūt v̄ba Albuc. Est. n. aliquā bona vētosa i isto apate vētoso cū hēat i se zdi tiones qđ d̄z h̄re medicina localis b̄ apatis. nā est resolutiūa putrefactiūa et apitiūa poroz faciēs vētositatē respirare. **I**ntellige tñ qđ vētosa nō debet apponi in loco nisi post corporis mundicationem. Dicit enim Albucas in

### Sen .III.

predicto capitulo q̄ non oportet vt administretur ven-  
tosatio nec cum igne:nec sine igne in aliqua egritudine q̄  
fiunt ex repletione nec in aliquo corpore repleto nisi p̄mo  
euacuet corpus totum.Similiter etiaz intellige q̄ corp⁹ euacuet  
p̄mo anteq̄ ponat aliquid locale.tamen intelligit Auicē.q̄  
anteq̄ fiant remedia localia que ponit q̄ p̄us corpus euacuet  
cum medicina cōueniēti.r postea apponāt medicine  
locales. Deinde cum dicit.

**E**t de medicinis eius localibus sunt olea ca-  
lida sicut oleum subtilium partium in quo ve-  
cocta sunt sicut ruta: t cymintuz. Et de semini-  
bus subtiliantibus semen apij anisi: t ameos  
t qui similant illis: t de emplastris resoluenti-  
bus t ppter illud qd cadit in membris  
chordosis t lacertosis est illd quod recipit sor-  
ditiem balnei que ponatur cum aqua in patela  
calcis non extinete s̄m quantitatē qua pueniat  
ex ea spissitudo luti: t liniant cuz eo: t quādo-  
q̄ faciūt ex vino t calce emplastrum equale bo-  
num. Aliud: sumat ysopus sicca: t terat t pul-  
uerizet super ceratum factum ex cera: t oleo ane-  
tino: t fiat ex eo emplastrū ad liniēdī.

**I**n pte ista Aui. ponit medicinas locales in spāli s̄m p̄di-  
ctam regulā quā posuit. t p̄z qd dicit. sicut oleū subtilium  
partiū.oleū subtiliū partiū est oleū antiquū. Sumat ysop-  
us sicca. per ysopū siccā intelligit Aui. herbā quam voca-  
mus ysopum. t vocat ysopus sicca ad differentiā ysopi hu-  
mide. t qd sit ysop⁹ hūida supra vcm fuit. Deīn cuz dic.

**E**t in eo quod accidit ex inflatione in lacertis  
pter attractionem que accidit eis: oportet vt  
alienent medicine calide valde t acute ne refu-  
giant membra ex eis: t terant: immo quādo me-  
dicant cuz resolutiuis: t sic misceat cū eis aliqd  
de sedantib⁹ dolorem.

**I**n pte ista Aui. ponit curā inflationis s̄m q̄ accidit ex cā  
p̄mitua t put cum ipsa est dolor. t diuidit hec pars i duas.  
In p̄ma pte ostēdit qd sit faciendū qñ cum inflatione est  
dolor. secūdo ostēdit qd sit faciendū cessato dolore. secun-  
da ibi. (Et qñ inuenit aliq̄ eleuatio). Prima in duas. p̄mo  
ostēdit quales t cuius cōplonis debet esse medicine quā-  
do cū inflatione est attractio t dolor. t ponit illas mās. z̄  
ibi. (Et id est sicut curatio tua quam facis) Dicit ergo. Et  
in eo qd accidit de inflatione in lacertis. i. in mēbris lacer-  
tosis ppter attractionē que accidit eis. t supple. t est cū ea  
adhuc dolor t attractio oportet vt alienent medicine ca-  
lide valde t acute. Et ratio huius est. qz regula est. Auicē. i  
p̄mo libro. sen quarta. caplo vltimo. q̄ plures egritudi-  
nes coniungunt adiuicē: tūc a curatione illius incipe deve-  
mus in qua existit vna triū pprietatū. vna est q̄ vna non  
pot sanari anteq̄ alia sanetur: sicut est apostema t vlc' cuz  
coniungunt: tūc debemus incipe a curatione apostematis.  
Alia est q̄ vna egritudo sit causa alteri⁹. Tertia est q̄ vna  
sit maior t molestior altera. Iterū Aui. dicit post q̄ quādo  
egritudo t accidens coniunguntur t accidēs superauerit  
egritudinē: tūc a cura accidentis incipere debemus. ppte-  
rea q̄ consideramus egritudinē: modo hic sunt due egritudo  
sicut inflatio t attractio t est vnum accidēs: sicut  
dolor: nūc aut cōtractio vel attractio habet predictas oēs  
pprietates respectu inflationis. eo q̄ inflatio non pot cu-  
rari nisi p̄us curet contusio. Iteruz etiam illa contusio est

### De cura apo. vento.

causa etiam illius inflationis. Iterū etiaz est egritudo mo-  
lestior propter dolorem quem inducit. huius etiam dolor  
qui est accidēs est molestior q̄ inflatio. ergo debemus inci-  
pere a cura contusionis t doloris qui ppter attractionem  
est. nunc autem contusio t dolor qui est propter contusio-  
nem s̄m q̄ apparebit in tractatu de cōtusione t attractione  
et. curant etiam cum medicinis resolutiuis tepidis le-  
nibus: t non cum medicinis resolutiuis t exiccatiuis forti-  
ter. immo ista augerent ibi dolorem. ergo oportet vt alienen-  
tur ab inflatione que accidit per attractionem materie ca-  
lide t acute valde ne refugiant membra t terreant ex eis  
sicut ponit Auicēna in littera. sed oportet vt talis inflatio  
mediceat cum resolutiuis lenibus tepidis. Et hoc est quod  
subdit Auicēna cum dicit. immo quādo medicaat cum re-  
solutiuis: tunc misceatur cum eis aliquid de sedatibus do-  
lorem sicut sunt illa que postea ponit Auicēna. t hoc etiaz  
quod hic ponit Auicēna: t optime Halie. dicit in. i. 4. de in-  
genio sanitatis. caplo de cura apostematis vētosi. De  
inde cum dicit.

**E**t illud est sicut curatio tua quā scis cum eo  
quod est sicut rob concussum cum oleo in quo  
infusa est lana ysopi. Et si fuerit caliditas aliq:  
tunc cum oleo rosato infusa in eo lana ysopi t  
dissoluta in eo aqua ysopi humide. Et admini-  
strentur omnia illa tepida ad caliditatem deci-  
nia: t non pmittant infrigidari: qm̄ frigus no-  
net huiusmodi. Qz si fuerit illic dolor ex princi-  
pio: tūc administrarentur desuper olea in quibus  
est sedatio doloris cum prohibitione aliquae  
principio: sicut oleum violatum: t rof. cuz vir-  
tute olet anetini.

**I**n parte ista Auicēna ponit medicinas speciales s̄pdi-  
ctam regulam positam. Ponit enim medicinas resolu-  
tias lenes tepidas. t ponit etiam qualia olea debeant ad-  
ministrari ibi cuz dicit: q̄ si fuerit illic dolor ex principio  
t totum quod dicit patet per ea que habita sunt. De  
inde cum dicit.

**E**t quādo innenitur aliqua alleuiatio ponat  
in medicinis illud in quo est additio virtutis ad  
resoluendum: sicut nitrum t acetum: deinde si-  
cut cinis: t emplastra resoluentia: sicut empla-  
strum predictum.

**I**n parte ista Auicēna ostendit quid est faciendum in in-  
flatione que accidit propter contusionem t attractionem  
quando dolor est mitigatus. Et dicit. Et quando inuenit  
aliqua alleuiatio scilicet in dolore ponatur in medicinis id  
in quo est additio virtutis ad resoluendum hoc est: tūc an-  
geatur resolutio medicinarum. quia debent fortius pon-  
ti resolutiua sicut nitrum t acetum. nitrum ponitur: quia de-  
se est fortiter resolutiuum et exiccatiuum. acetum autem  
ponitur non quia de se sit fortiter resolutiuum: quia ac-  
etum est composite virtutis: sicut ponit Halienus in qua-  
to de ingenio sanitatis in capitulo allegato. est enim re-  
solutiuum t reperciuum. quia acetum est compositum  
ex duabus partibus calidis. nihilominus tamen in eo ma-  
gis dominantur partes frigide. t ideo de se nō est fortiter  
resolutiuum. immo est valde debile. sed ipsum admixtum  
cum resolutiuis adiuuat ad fortiter resoluendum eo q̄ ac-  
etum est penetratiuum multum. t ideo facit penetrare va-  
tutem aliarum medicinarum resolutiuarum. vnde mel  
t fortis opant. t iō dicebat supra Aui. q̄ medicie locales in  
inflatōe obet eē resolutiue penetrātes vt firmiē subtilitas

## Tractatus .II.

partium earum ex fundatiōe ultima. Deinde dicit ei-  
nis temp̄la resolutiua. i. post administratōe nitri et aceti  
debemus administrare cinerem et alia empl̄a resolutiua  
fortiora quasi velit dicere Auicen. q̄ sedato dolore debe-  
mus pcedere ad fortiora resolutiua sicut ad cinerez et si-  
milia. Et intellige iuxta istā partē q̄ cura inflatiōis que fit  
a causa antī et cura eius fūt q̄ fit a causa p̄mitiuā nō diffe-  
runt nisi in p̄ncipio rōne doloris. Nā inflatio quātum est  
de se regrit medicias fortiter resolutiua et subtiliatiuas  
carminates vētositatē et faciētes eā respirare. et ideo si ibi  
ponanē medicie resolutiue debiles hoc nō est rōne infla-  
tiōis. sed rōne doloris. sedato q̄ dolore. tunc medicie reso-  
lutiue fortes cōpetunt. et ideo cura inflatiōis que fit a cau-  
sa antī et cura ipsius vt fit a causa p̄mitiuā nō differūt nisi  
in p̄ncipio rōne doloris q̄ est in inflatiōe facta a causa p̄mi-  
tiua. sedato ergo et alleuiato dolore eadem est cura. et illa  
medicamia q̄ dicta sunt in cura inflatiōis facte a causa an-  
tecedēti competūt etiā in cura inflatiōis facte a causa pri-  
mitiuā. Et ideo dicit Auicē. deide. s. in cura inflationis fa-  
cte a causa antecedēti. et id empl̄m q̄ fit de calce et sor-  
dicie balnei quod prius dixit etc.

De vena medene.

## CAP. XXXI.

**F**st ut accidat sup partē corporis pu-  
stula q̄dam inflans: deide vesicat: po-  
stea egredit̄ ex eo qddam rubet ad ni-  
gredinē declive: deide nō cessat plon-  
gari et plongat: et fortasse est motus volunta-  
tius sub cute: ac si esset motus aialis: et quasi i  
veritate sit vermis donec existimēt quidam  
q̄ sit animal q̄ generat. Et existimāt qdaꝝ q̄  
sit ramus villi nerui p̄ vehemētiā grossitudis:  
et pl̄m quidē accidit in cruribꝫ. et ego iam vidi  
eā sup manus et sup latus: et multiplicat̄ in in-  
fantibus sup vtruncꝫ latus. et qñq̄ extēdit: et  
abscindit: et magnificat̄ in ea labor et dolor: im-  
mo p̄ spatiū dolet. et si nō incidaꝫ.

Superius Auicēna determinauit de ap̄atibus frigidis  
flegmaticis et melācolicis et vētosis. hic possumus dicere  
q̄ determinauit de quodā ap̄ate cōposito frigido. Nā hic  
determinat de quadā pustula q̄ dī vena medena vel vena  
cūlīs. que quidē pustula fit ex melācolia mixta cum san-  
guine vel colera rōne cui⁹ mixtionis melācolia et sanguis  
vel colera adurunt̄: vel fit ex flegmate adusto cui⁹ colera  
fūt et postea videbit̄. Diuidit aut̄ pars hec in p̄tes duas.  
in p̄ma parte determinat de isto ap̄ate vel pustula theori-  
ce. scđo practice. z⁹ ibi (Sollicitudo quidē eius etc.) Prī-  
ma pars diuidit in partes plures. in p̄ma p̄te oñdit qđ est  
vena medena et ponit signa ipsius: et ponit etiā in quibus  
p̄ibus corporis maxime generat̄. In secūda p̄te ipse ponit  
circa hoc opionē Hal. In tertia p̄te ipse p̄it causas ipsius  
ex q̄b⁹ generat̄ et ponit etiā illas causas fūt dī Hal. In  
quarta p̄te oñdit ip̄e in quibus corporib⁹ minorat̄ genera-  
tio ipsius et in q̄b⁹ terris multiplicat̄. z⁹ ibi (Et Hal. qđez  
dixit) 3⁹ ibi (Et dixit q̄ causa eius) 4⁹ ibi (Et minorat̄ in  
corporib⁹ hūidis) Dicit ḡ p̄mo. Est. s. vena medēa vel ci-  
vili pustula quedā inflans etc. postea egredit̄ etc. s. ex ista  
vesica qđā rubet ad nigredinē declive. s. ad modum cu-  
midaꝫ vene. et ideo vocat̄ ista pustula vene: deide non ces-  
sat plōgari. s. ista vena q̄ egredit̄ ex illa pustula. et plōgat̄  
et magnificat̄ plongando se fūt lōgitudinez ad modū cu-  
midaꝫ vene: imo dicit Albucasis. caplo de vena medena  
vel ciuili q̄ adeo plōgat̄ ista vena aliquā q̄ egredit̄ ex ea

## De vena medene

53

In quibusdam hominibus in lōgitudine sua gnq; palmo-  
rum et decem. Et dicit v̄teri⁹ q̄ iam puenit ad eū vir ha-  
bens talē pustulā ex qua exiuit talis vena in lōgitudine vi-  
ginti palmoꝫ. Et fortasse est ei. s. tali vena q̄ ex illa pustu-  
la egredit̄ motus voluntari⁹ sub cute ac si esset motus ani-  
malis etc. donec existimet qdaꝝ q̄ sit animal quasi sit ver-  
mis q̄ generet. et estimant q̄ sit ramus villi nerui p̄ vehe-  
metiam grossitudis. i. p̄ vehemētiā duriciei ipsius: qz ta-  
lis vena forte est dura ad modū villi nerui. vñ estimāt il-  
li q̄ talis vena sit ramus villi nerui. Intellige aut̄ hoc q̄  
esse istius vene ē valde dubiū. s. cognoscere v̄trū sit aial  
vel nō. Et iō Auic. nullā istaz̄ opinionū quā ponit hic im-  
probat nec affirmat. Sed ego credo q̄ p̄ma opio approxi-  
met magis veritati q̄ secūda. Non. n. credo q̄ talis vena  
sit ramus villi nerui: eo q̄ neruus est alterius coloris q̄  
sit ista vena. qz ē coloris albi. Ista aut̄ vena est coloris ru-  
bei tendēs ad nigredinē. Itex etiā nō esset possibile egre-  
dineriuꝫ in tanta longitudine sicut egreditur ista vena.  
et ideo p̄ma oppositio approximat̄ plus veritati: sed tamē  
credo adhuc q̄ ista vena nō sit aial sicut etiā ponit isti: s̄  
credo q̄ solū sit humor putrefactus q̄ h̄z similitudinē aia-  
lis. nā h̄z similitudinē ad vermes. nā ista vena sicut dicit  
Albucasis generat̄ sub cute ex putrefaciōe sicut accidit  
in corpe serpentes et v̄mes et ascariides et vermes generati  
inter cutē et carnē. et ideo h̄z formā et figurā ipoꝫ vermuꝫ.  
et pp̄terea videſ̄ hoc esse aial et videſ̄ habere motū volu-  
tariuꝫ qñ exit ex tali pustula: sed nō credo q̄ habeat vere  
motū voluntariuꝫ: qz si haberet ipm vere tunc nō eēt aial  
vere. et pp̄ter hoc dicebat Auic. Et fortasse ei motus volu-  
tari⁹. et nō dixit absolute sine hac p̄ditione fortasse: qz ista  
vena videſ̄ h̄re motū voluntariuꝫ: non tñ h̄z. et s̄l̄r etiā vi-  
deſ̄ esse aial: nō tñ credo q̄ sit aial. et hoc videſ̄ esse de intē-  
tione Auic. quantū ad suū modū loquendi. Dicit. n. Et for-  
tasse est ei motus voluntarii sub cute ac si eēt motus aia-  
lis et quasi in virtute sit vermis. vñ Auic. dicit cum istis cō-  
ditiōibus fortasse et quasi nō dixit hoc absolute. et ideo vi-  
deſ̄ esse de intētione Auicēne p̄ suū modū loquēdi id qđ  
dcīn est. Et pl̄m quidē accidit. Hic ostēdit in quibꝫ lo-  
cis corporis accidit maxie ista vena. et p̄z qđ dicit. Et qñq̄  
extēdit. i. incidit magnificat̄ in ea etc. imo p̄ spatiuꝫ dolet.  
et si nō incidaꝫ. i. et quāvis non incidaꝫ: sed solum exten-  
datur. Tunc sequitur illa pars.

**E**t Halie. qđē dixit: q̄ nō fuit cōprehēsuz: ex gal. dixit se non  
esse eius aliqd manifestū sup qđ sit initenduz: vidēs talē p̄ficio  
qm̄ ipse nō vidit eam omnino.

In qua parte ponit opinionez Hal. circa eē istius vena et  
eā improbat. et p̄z qđ dicit. Deide cū dicit.

**E**t dixit q̄ causa eius est sanguis calidus ma-  
lus melācolicus aut flegma adustū adiuvatuꝫ  
et vehemētia ficitatis p̄lonis.

In parte ista Hal. ponit causas p̄dictē vena. et duo facit.  
p̄mo facit hoc. z⁹ addit qddā. z⁹ ibi. (Et fortasse accidet)  
Prīma in duas. p̄mo ponit cām eius materialez intrinse-  
cam. z⁹ ponit cām eius materialez extrinsecā q̄ sumit̄ ex  
cibis et potibꝫ. z⁹ ibi. (Et fortasse generat̄ eā) Dicit ḡ p̄mo  
qđ dixit. s. Hal. q̄ causa ei⁹ est etc. Sed tu dices quomō  
dixit Hal. cām eius cū p̄us dixerit q̄ nō fuit cōprehēsūm  
ex eē eius aliqd. Dōm est q̄ l̄ ipse crediderit q̄ eē ei⁹  
nō fuerit cōprehēsūm: qz nō inuenit eā scriptā in libris  
antiquorꝫ alioꝫ: posuit tamē causas eius fūt q̄ iuenit tra-  
ditū ab alijs auctoribus licet nō crediderit esse ei⁹. Unde  
quantū qđ hoc qđ hic dicit h̄i dicit: s̄ quantū ad id qđ di-  
xit p̄us male dixerit. Deide cum dicit.

**E**t fortasse gn̄ant eam quedam aque et ole-

### Fen .III.

ra cum p̄prietate que est in eis. et de cibis qui plurimi generant ea est ille q̄ est calidus et sic tus: et quanto plus fuerit materia a qua genera t̄ acutior erit dolor vehemētior.

**C**hic Auic. ponit cām eius materialē extrinsecā. et satis p̄z qd̄ dicit. **D**einde cum dicit.

**E**t fortasse accidit i corpore vno in locis qua si quadraginta eius: aut quinquaginta ex qua ta men euadet cum curatione.

**C**hic Auic. addit qddā et dicit. et fortasse accidet. s. ista ve na in corpore vno: imo in locis quasi. 40. aut. 50. et hoc cre do q̄ fuit p illū modū fīm quē ponit Albucasis q̄ hec ve na qnq̄ b̄z ramos multos p̄cipue qn̄ appet in iūctura pe dis aut in pede ipo et accident ei orificia multa et egredit̄ ex omni orificio ramus. et fīm istū modū uenit q̄ hec ve na aliquā accidit in corpore vno in locis q̄si. 40. aut. 50. ex qua tñ. s. ista vena medena sic multiplicata etiā euadet. s. tale cōpus in quo est hec egritudo cū curatōe. i. cū purga tiōe hūoris q̄ facit hāc egritudinē. et p solonē vētris et per flebotomiā et cū bono regimē cibi et potus. et cū alijs loca lib̄q̄ postea p̄dit Auic. **T**unc segnur illa pars.

**E**t minoratur in corporib⁹ humidis et assue tis balneationibus et cibis humidis et assuetis vino cum mensura. et plurimi qdem generat̄ in medena. et p̄p hoc p̄portionat̄ ei: et generat̄ etiā in terra corasceni et alijs. et multiplicat̄ ite rū in terra egypti et in terris alijs.

**C**in parte ista Auic. ostendit in qbus corporibus minorat̄ ge neratio isti⁹ vene medene in qb⁹ regiōibus maxime mul tiplicat̄. Dicit ḡ. et minorat̄ in corporib⁹ humidis et assuetis balneatōibus et cibis humidis. Et ratio hui⁹ est: q̄r ista egritudo vt dc̄m fuit p̄us generat̄ ex hūorib⁹ adustis sic cis. in talib⁹ aut̄ corporibus multiplicant̄ hūores tēperati et hūidi. et iō gnātio minorat̄ in talib⁹ corporib⁹. et p̄z h̄is ha bef̄ q̄ multiplicat̄ in contrarijs istoz et in cōsuetis vino cū mēsura: supple etiā minorat̄ generatio vene medene. Et ratio huius est: q̄r vinū tempate bibitū expellit melanco liā et ipaz labere facit. vt dicit Auic. in lib. p̄mo. Et plin qui dem generat̄ in medena: et ppter hoc p̄portionat̄ ei. i. pro pter hoc accepit nomē ab ea q̄ dī venā medena vel venā ciuilis ab illa ciuitate. s. name in qua maxime generatur. vñ ista pustula dī venā. quare ex ea exit aliquid simile ve ne. Dicit autem medena ab illa ciuitate in qua maxime generatur: et generatur t̄c.

### De cura.

### CAP. XXII.

**S**ollicitudo qdē ei⁹ in terra in qua ge nerat̄: et cibi ex qbus ḡnat̄ in qbus est materia q̄ est causa eius illud ē cū ena cuatiōe sanguis mali flebotomādo ex basilica aut ex saphena fīm locū et mundificationē san guis cū eis q̄ sunt sicut syrups de mirabol. et decoctio epithimi: et potare pillulas cochias p̄prie et administratio trifere facte ex sene et fu moterre: et humectatio corporis cum cibis hu mectantib⁹ et balneationes et reliquum regi men humectatiuum notum.

**S**uperius Auicē. determinauit de venā medena theo rice. h̄ determinat de ipsa practice. s. ponēdo curā ipsi⁹. Et diuidit̄ ista pars in partes duas. In p̄ma pte docet prohibere generationē ipsius in terra in qua maxime generatur:

### De curavene medene

In secūda pte ponit curā ipsius qn̄ icipit apparere. 2⁹ ibi (Uex cum apparet esse eius) Dicit ergo p̄mo. Sollicitudo qdē eius. supple in phibendo eam in terra in qua gene ratur est supple cauere a cibis et potibus ex quibus gene ratur t̄c. Et id. s. ppter qd̄ phibet generatio ipsius est cū euione t̄c. **D**einde cum dicit.

**C**lēx cum apparet eē eius in primo appitōis et⁹. t̄sic rectū est vt admistret regimē mēbri cū emplis ifridantibus et humectatib⁹ sicut sunt succifridi noti cū duobus sandalīs et campbo ra post mundificationem corporis et admini strationem iterū factam cum missione sanguis sugarum super locū. Et de epithimatibus bo nis est epithima ex sandalo et aloe et cāphora aut myrra et psiliū et lac dulce.

**C**in pte ista Auic. ponit curā ipsius qn̄ iam incipit appare re. et diuidit̄ p̄ illa in ptes tres. In p̄ma pte ponit curam ipsius qn̄ icipit apparet. vt. s. quādo in membro apparet feruor et iflatio. secūdo ponit curā ipsius qn̄ iā incipit ista pustula ambulare et vesicari et ē in p̄n. ad hoc vt egredia tur vena ex tali pustula. 3⁹ ponit curam ipsi⁹ qn̄ iam talis vena exiuit ex tali pustula. ibi 2⁹ (Si aut̄ non separat̄) 3⁹ ibi (Et silr in principio cū egredit̄) Dicit ḡ p̄mo. Uex cum apparet esse eius in principio apparitionis eius. vt. s. q̄r in membro incipiūt apparet feruor et iflatio. tūc rectū est vt admistrent̄ t̄c. post mūdificatōez corporis sicut dc̄m est p̄us. et supple post administratōez itez factā cū intromissiōne sanguisugaz sup locū. nam sanguisuge in tali casu sunt bone ad curandū sanguinē malū melancolicum ex loco. Dicit n. Almansor q̄ sanguisuge cū in locis ponūtur ubi est iperigo aut saphati et vlcus malū et antiquū remedium afferūt sic h̄: q̄r est pustula ex q̄ paraē gnāri vlcus malū. et iō sanguisuge posite h̄ remedium afferūt. **D**eīn cū dīc.

**S**i aut̄ nō separat̄: h̄ icipit cadere fortasse p̄hibet ea et aufert ea et alienat labores in ea si bibat patiēs eam fīm continuitatē tribus die bus omni die pondus. 3. iij. aloes: aut bibat de eo i die. i. 3. 5. in sc̄do. 3. i. in tertio. 3. i. et. 5. trib⁹ dieb⁹ et liniat̄ sup eā aloes: aut liniat̄ sup orifi ciū eius h̄sūditas aloes h̄sūdi viscosi.

